

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Corpus Juris Canonici Emendatum Et Notis Illustratum

Gregor <XIII., Papst>

**Editio haec postrema summâ fide & diligentîâ nunc denuò à
mendis prioribus Typographicis purgata, 1670**

Septimi decretalium. Liber quartus

[urn:nbn:de:bsz:31-107487](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107487)

item nostra, Idibus Junii, Pontificatus nostri anno quarto, editis, fuit provifum, ne cui in pofterum, nifi in cafibus neceffariis, fepta monafteriorum monialium ingrediendi concederetur licentia, à nonnullis dubitatum fuiffe, fciamus, circa perfonas, quæ alterius ad id licentiã non indigent, fed fuis auctoritate officii nituntur, an liceat eis pro libito fux voluntatis hujufmodi fepta ingredi, vel potiùs fervare debeant ipfi quoque regulam à Concilio præfcriptam. Nos omnem hæfitationis materiam tollere, & viam fcandalis præcidere, ac fanctimonialium quieti confulere volentes, harum tenore, auctoritate Apoftolica declaramus, Prælatos omnes, tam feculares quàm regulares, quibus cura & regimen monafteriorum monialium quovis modo incumbit, facultate fibi ex officio attributã ingrediendi monafteria prædicta, ita demum uti poffe, fi

id faciant in cafibus neceffariis, & à paucis, iisq; fenioribus, ac religiofis perfonis comitati. Quocirca univerfos & fingulos Epifcopali, feu majori, ac etiam Cardinalatûs dignitate præditos, necnon quorumvis ordinum Abbates, Priores, ministros, & alios quofcunq; superiores regulares ferio monemus, ut facultate hujufmodi, qui eam habent, præterquam in cafibus, ut præfertur, neceffariis, neutiquam utantur. Quòd fi contrafecerint, eadem auctoritate Apoftol. ftatuimus atq; decernimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, quã contrafecerint, ingreffu Ecclefie interdictos, pro fecunda à munere Pontificali & à divinis fufpenfos, ac deinceps ipfo facto, abfq; alia declaratione, excommunicatos exiftere, regulares verò omni officio ac ministerio privatos, excommunicationi fimiliter fubjacere. Rom. 21. Dec. 1781.

F I N I S.



SEPTIMI DECRE- TALIIUM

LIBER QUARTUS.

TITULUS I.

DE MATRIMONIIS ET SPONSALIBUS.

PAULUS QUARTUS.

Qui fpe obtinendæ difpenfationis matrimonium contrahunt in gradibus prohibitis, in pofterum Pontificiã gratiã per hujufmodi difpenfationes non gaudeant, etiamfi ex copula fequitur a fit proles.

CAPIT I.



A ea ipfa die, quã divina bonitas nos (licet tanto oneri impares) regendæ univerfalif eius Ecclefie præficere dignata eft, nunquam ceffavimus cogitare, quo pacto finguli abufus noftra diligentia tollerentur, diverfas fuperinde conftitutiones, juxta cafuum exigentiam quotidie promulgando & publicandò. Hinc eft, quòd cum (ficut nobis nuper innotuit) à nonnullis annis citrà introductum fit, ut qui matrimon. in fecundo confanguinitatis vel affinitat. gradu contrahere anhelant, fcientes fe difpenfationem à fede Apoftolica fuper hujufmodi matrimon. contrahendo obtinere non poffe, fub fiducia illam fuper eodem matrimon. poftquam contractum fuerit, reportandi, matrimon. ipfum de facto contrahant, & carnali copulã confument, excommunicat. fententiam, in Concil. Vien. contra matrimon. in gradibus prohibitis fcienter contrahentes promulgatam, damnabiliter incurrendo. Et deinde fub prætextu, quòd fi divortium fieret inter eos, gravia exinde inter eos & eorum confanguineos & affines fcandala poffent verifimiliter exoriri, & mulier perpetuò diffamata remaneret, abfolutionem neceffariam, & difpenfationem opportunam, quas fibi debitas concedi expofuissent,

ficq; abfolutionem, difpenfationem (quas aliàs non obtinerent) eo prætextu ut plurimùm reportent in fcandalum plurimorum. Nos confiderantes præmiſſã causam tribuere delinquendi, & inceftum committendi, & ex delicto, loco poenæ, commodum, & appetitûs fatifactionem reportari, malitiis hominum occurrere volentes, per has noftras omnibus innotefcere volumus, quòd nos lapfo tempore, infra quod notitia præfentium in partibus, ex quibus fimiles difpenfationes peti contingeret, verifimiliter haberi potuerit, abfolutiones & difpenfationes hujufmodi ex prætextu prædicto, etiam fi proles ex matrimon. sic contracto fubfecuta fuerit, nullatenus, fed folum ex caufa urgentiffima pro bono publico, & à jure confiderata, per nos tantum, & non alium approbanda, concedemus, & quòd difpenfationes ex alia caufa noftris temporibus perpetuò exulabunt, quòd nobis licere non patimur, noftris fuccefforibus indicantes. Rom. Idib. Dec. 1777.

(Eandem conftitutionem præis Clemens VII. intulit, quam habes infra eod. cap. 3.)

Pius Quintus.

Publica honeftatõ, qua ex fponfalibus contrahitur, impedimentũ nullũ aut parvũ frequens eſt uſus, quoniam fponſalia de futuro

2299 3

dicta sede impetrari, vel alias etiam motu proprio concedi contigerit, commissionibusque desuper etiam ordinariis locorum faciendis, ac literis quibuscumque inde conficiendis, non solum de remotiori, sed etiam de proximiori, aut de proximioribus gradibus, quicumque illi fuerint, eorumque distantia, specialis & expressa mentio fieri debeat. Alioquin dispensationes, declarationes, ac inde conficiendæ literæ huiusmodi, processusque habendi per easdem, nullius sint roboris vel momenti, & pro infectis habeantur. Constitutionibus prædecessorum huiusmodi, ceterisque contrariis, nequaquam obstantibus, hæc sua perpetuâ validitâ sanctione, auctoritate Apostolica statuit & ordinavit. Sicque per quoscunque iudices & commissarios, etiam S.R.E. Cardinales, sublata eis quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere. Ac quicquid secus super iis à quocunque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decrevit.

Tius Quintus.

Declarationis Concilii Tridentini circa impedimenta cognationis spiritualis, & affinitatis ex fornicatione, quoad matrimonium post confirmationem Concilii contrahenda & de cetero contrahenda.

CAP. II.

Sanctissimus in Christo pater ac Dominus Pius (divinâ providentiâ) Papa quintus, ad cuius notitiam pervenit, quod cum in decretis sacri Concilii a Tridentini certæ tantum personæ enumerentur, inter quas duntaxat cognatio spiritualis deinceps contrahatur, ab aliquibus revocatur in dubium, an qui ultra personas in dictis decretis enumeratas b quoquomodo cognatione spirituali ante confirmationem dicti Concilii conjuncti erant, absque dispensatione Apostolica matrimonium post dictam confirmationem contrahere potuerint, ac hodie & de cetero contrahere possint, cum ante prædictam confirmationem id facere de jure minimè liceret.

Et insuper cum in eisdem decretis statuatur, affinitatem, quæ ex fornicatione contrahitur, in illis solummodo attendi debere, qui primo vel secundo affinitatis gradu conjunguntur, ab aliquibus pariter dubitetur: An matrimonia inter personas, quæ ante confirmationem dicti Concilii tertio vel ulteriori huiusmodi affinitatis gradu conjunctæ erant, post confirmationem ejusdem Concilii, absque dispensatione Apostolica, contracta, & quæ deinceps contrahi contigerit, dirimi debeant?

Sanctitas sua, ad tollendum omne dubium, eos, qui ante confirmationem prædicti Concilii cognationem spirituales contraxerunt, dummodo non sint ex personis in dictis decretis enumeratis, & inter quas tantum Conc. voluit deinceps contrahi hanc cognationem spirituales, matrimonii vinculo inter se, absque dispensatione aliqua, liberè & licitè copulari posse, ac matrimonia etiam post confirmationem huiusmodi, absque dispensatione sedis Apostolicæ inter eas jam contracta valere, plenamque roboris firmitatem obtinere. Et similiter matrimonium post confirmationem Concilii, absque dispensatione Apostolica sequuta, & quæ de cetero sequentur, inter personas, quæ ante dictam confirmationem, affinitatem (infra tamen secundum gradum ex fornicatione provenientem) contraxerant, propter huiusmodi affinitatem dirimi non debere, sed valida & efficacia existere declaravit.

a Concil. Trid. sess. 24. de reform. matrim. b De agnatione spirituali vide Hostiens. lib. 4. sum.

ANIMADVERSI O AD LECTOREM.

Inter Pontifici librorum 1, qui tractat de matrimonio & pertinentibus ad conjugia, brevis semper & compendiosus est, quamobrem ut hic septimus decretalium responderet, quarti libri coramdem hic adscripsimus. Qui vero consanguinitatis & affinitatis voluerit latius investigare singulares regulas, adeat sanctæ Epistol. decret. hujus editionis, ubi declaratur arbor consanguinitatis.

F I N I S.

Idem.

Declaratio circa impedimenta cognationis spiritualis.

CAP. III.

Cum illius vicem, licet minimè suffragantibus meritis, geramus in terris, de cuius vultu prodit iudicium, & vident oculi aequitatem, officii nostri debitam profequimur actionem, si obscuros sacrorum canonum sensus ita aperire studemus, ut piis Christi fidelium mentibus nulla dubitandi occasio relinquatur.

Sanè licet ex eo, quod in Concilio Tridentino decretum fuerit, cognationem spirituales inter eos tantum contrahi, qui suscipiunt baptizatum a de baptizato, ac baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem, necnon baptizantem & baptizatum, baptizatiq; patrem & matrem, in reliquis personis, quæ per antiquos canones occasione cognationis huiusmodi contrahere prohibebantur, omne impedimentum sublatum esse videatur, adhuc tamen ab aliquibus dubitari accepimus, an saltem impedimentum cognationis spiritualis huiusmodi inter maritum vel uxorem suscipientis, & baptizatum, necnon inter maritum vel uxorem suscipientis, & patrem ac matrem baptizati vigeat, propterea quod prohibitum de uno conjugè, de altero etiam prohibitum esse videatur.

Nos piarum mentium quieti, & matrimoniorum favori (quantum ex alto nobis permittitur) consulere volentes, à præcis verbis Conc. minimè discedendam in præmissis esse, censuimus. Et propterea nullum amplius impedimentum, ratione cognationis huiusmodi, subesse decernimus, & declaramus, quò minus inter dictos maritum vel uxorem suscipientis, & baptizatum, baptizatiq; patrem & matrem, & quascunque alias personas, tam ex parte suscipientis, quam baptizantis & baptizati, in dicto Concilio nominatim non expressas, matrimonium liberè & licitè contrahi possit, & ita ab omnibus iudicari debere mandamus atque statuimus.

Idem.

Tertia declaratio, circa impedimenta cognationis aut affinitatis ex fornicatione.

CAP. IV.

AD Romanum Pontificem spectat, canonicas sanctiones, quæ expressiorem sensum postulare videntur, re diligenter perspectâ declarare, & alias providere, ut omnis dubietas de piis Christi fidelium mentibus evellatur. Sanè postquam ex eo, quod Tridentina Synodus impedimentum affinitatis ex fornicatione proveniens, per quod non solum matrimonium contrahi prohibetur, sed etiam postea factum dirimitur, ad eos tantum restrinxit, qui primo & secundo gradu conjunguntur, in ulterioribus vero gradibus statuit, matrimonium postea factum non dirimi, à pluribus Christi fidelibus, ut accepimus, esse dubitatum, an, licet in ulterioribus gradibus huiusmodi matrimonium contractum non dirimatur, adhuc tamen juxta antiquos canones contrahi prohibeatur.

Et propterea nos omnem ambiguitatem tollere, & animarum tranquillitati, ac matrimonii libertati, quantum cum Deo possumus, consulere volentes, & declaramus, & Apostolicâ auctoritate decernimus, nullū hodie impedimentum remanere, quò minus in ulterioribus gradibus huiusmodi liberè & licitè matrimonium contrahi possit.

a Vid. cap. non plures. de cons. dist. 4. & c. quamvis. de cognat. spirituali, in 6. c. super quibus. c. postlacium & c. in 30. q. 3. c. 1. super eo. & feri per totum, de cognat. spirit. cap. 1.

